

1383, abril, 28. Barcelona

El pintor Joan Illes reconeix haver rebut 100 florins d'or d'Aragó per part dels jurats de Reus i en nom de la vila dels 330 que havia de costar l'elaboració d'un retaule sota la invocació de sant Pere per a l'església de Reus. Expressa el seu compromís que acabarà l'obra i ofereix diverses seguretats per tal de garantir-ne l'execució.

Sit omnibus notum quod ego, Iohannes Illes, pictor, civis Barchinone, confiteor et recognosco vobis, Berengario Marcho, de villa de Reus, presenti, quod vos, nomine et pro parte iuratorum et proborum hominum universitatis dicte ville et singularium eiusdem, solvistis michi, bene et plenarie, ad meam voluntatem, centum fflorenos auri Aragonie de illis, videlicet, ducentis triginta florenis auri Aragonum (*sic*) qui michi restabant tantum ad solvendum ex illis trecentis triginta florenis auri Aragonie quis dicti iurati et probi homines universitatis dicte ville michi dare et solvere convenerunt racione et pro precio cuiusdam retaule fustis et depingendi eum sub invocacione sancti Petri ad opus ecclesie dicte ville sub certis pactis, capitulis et convencionibus inter dictos iuratos et me initos et conventos, prout in instrumento inde facto in posse Arnaldi Durandi, regentis scribania dicte ville pro venerabili domino priore ville eiusdem, hec et alia lacius sunt contenta.

Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie et accioni in factum et doli, ffaccio vobis et universitati di[c]te ville de predictis centum florenis fieri bonum et perpetuum finem et pactum ulterius de non petendo et de non agendo in posse subscripti notarii vallatum stipulacione solen[n]i. Preterea ex pacto inter me et vos inito et convento, convenio et promitto vobis, nomine dictorum iuratorum et proborum hominum et universitatis dicte ville recipienti, quod si ego non complem sive non perficerem dictum retaule, quod incontinenti ego, ad simplicem requisicionem iuratorum dicte ville, restituam eisdem iuratis et universitati dictos centum florenos auri vel operam in dicto retaula convalentem ipsos centum fflorenos sine aliqua dilacione, machinacione et fraude, et absque omni dampno, gravamine et missione dicte universitatis et suorum. Et pro hiis complendis et firmiter attendendis, obligo vobis et vestris omnia bona mea, mobilia et immobilia, habita et habenda. Insuper, ut de hiis vobis et vestris diligencius cautum sit, dono vobis ffideiubentem dominam Sibiliam, uxorem meam <uxorem meam> que mecum et sine me quoad restitutionem dictorum centum florenorum vel operis eos convalentis firmiter teneatur.

Ego, igitur, Sibilia, fideiubens predicta, suscipiens in<e> me sponte hanc fideiussionem, convenio et promitto vobis, dicto Berengario Marcho, nomine dictorum iuratorum et universitatis recipienti, sub bonorum meorum omnium obligacione, quod cum dicto principali marito meo et sine eo tenebor vobis et dicte universitati quoad restitutionem dictorum centum fflorenorum vel operis eos convalentis si ipse dictum retaula non perficeret, eaque complebo et attendam, et compleri faciam et attendi prout melius et plenius superius est contentum, renuncians quantum ad hec beneficio velleyani senatus consulti quo iuvantur mulieres fi[d]eiubentes pro altero, aut alienam in se suscipientes obligacionem, et quoad obligacionem bonorum dicti mariti mei, doti mee et sponsalicio et iuri ypotecharum mearum et auttentice siqua mulier posite ·C· ad velleyanum, quequidem iura vobis et dicte universitati quantum ad predicta ex pacto remitto, necnon et legi sive iuri dicenti quod prius conveniatur principalis quam fideiussor, et consuetudini Barchinone qua cautum fideiussori tenere Curiam per annum et legi eciam sive iuri dicenti quod sublato principali tollitur accessorium, et omni alii iuri hiis obvianti. Et quia minor sum viginti quinque annis, maior vero decem et octo annis, non vi nec dolo sed sponte iuro per dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et observare, et in aliquo non contra facere vel venire racione minoris etatis nec aliquo iure, causa vel eciam racione, renuncians quantum ad hec beneficio minoris etatis et ignorancie ac restitutionis in integrum, et omni alii iuri hiis obviam venienti.

Actum est hoc Barchinone, vicesima octava die aprilis, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo tercio.

S+num Iohannis Illes, principalis; S+num Sibilie, eius uxoris fideiubentis iurantis predictorum; qui hec laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt: Guilelmus de Vilarnau, mercator, et Iohannes de Villagayano, scriptor cives Barchinone.

Sig+num Iacobi de Trilea, auctoritate regia notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit.

Pro curie

[*Verso*: Carta del retaule de Sent Pere de Reus. Acte del retaule de Sant Pere de Reus, any 1383. Calaix 8, n° 99]

TRADUCCIÓ

Que sigui conegut per tothom que jo, Joan Illes, pintor, ciutadà de Barcelona, us confesso i reconec a vós, Berenguer Marcó, de la vila de Reus, present, que vós, en nom i de part dels jurats i dels prohoms de la universitat de la dita vila i dels seus singulars, m'heu pagat bé i plenament, i segons la meua voluntat, 100 florins d'or d'Aragó que són d'aquells 230 florins d'or d'Aragó que només restaven per pagar-me dels 330 florins d'or d'Aragó els quals els dits jurats i prohoms de la universitat de l'esmentada vila havien acordat donar-me i pagar-me per raó i pel preu d'un retaule de fusta, i per pintar-lo sota la invocació de sant Pere, com a treball per a l'església de la dita vila, sota uns certs pactes, capítols i convenis encetats i convinguts entre els dits jurats i jo, tal com aquestes i altres coses estan més àmpliament contingudes en l'instrument que se'n va fer en poder d'Arnau Duran, regent de la notaria de la dita vila pel venerable senyor prior de la mateixa vila.

I per tant, renunciant a la reserva de no haver comptat o cobrat els diners i [renunciant] a tota acció i [renunciant a la reserva] d'haver estat enganyat, faig que se us faci, a vós i a la universitat de la dita vila, un bo i perpetu final amb relació als predits 100 florins i un pacte de no reclamar ni actuar posteriorment, en poder del notari subscrit, protegit amb una solemne estipulació. Així mateix, a causa del pacte encetat i convingut entre jo i vós, acordo i us prometo a vós, que ho rebeu en nom dels dits jurats i dels prohoms i de la universitat de l'esmentada vila, que si no complís o acabés el dit retaule, que immediatament, al simple requeriment dels jurats de la dita vila, jo restituiré a aquests jurats i universitat els dits 100 florins d'or o un treball, en el dit retaule, equivalent a aquests 100 florins, sense cap dilació, maquinació ni frau, i sense cap dany, gravamen ni despesa de la dita universitat i dels seus. I a fi de complir i atendre fermament això, poso en garantia en favor vostre i dels vostres tots els meus béns mobles i immobles, haguts i per haver. A més a més, a fi de que en relació amb això estigueu més escrupolosament garantits, us dono com a fiadora na Sibil·la, esposa meua, la qual amb mi i sense mi estarà fermament obligada a la restitució dels dits 100 florins o a la restitució d'un treball equivalent a ells.

En conseqüència jo, Sibil·la, l'esmentada fiadora, rebent espontàniament en la meua persona aquesta fidejussió, convinc i us prometo a vós, Berenguer Marcó, que la rebeu en nom dels dits jurats i universitat sota la garantia de tots els meus béns, que amb el dit principal, marit meu, i sense ell, estaré obligada amb vós i amb la mateixa universitat pel que fa a la restitució dels dits 100 florins o del treball equivalent a ells en cas que ell no acabés el dit retaule, i que ho compliré i atendre, i faré que es compleixi i s'atengui, tal com millor i més plenament més amunt està contingut; renunciant amb relació a això al benefici del senatconsult *vel·leia*¹ en el qual es recolzen les dones fiadores en favor d'algú altre o que en elles reben una obligació aliena, i, pel que fa a la garantia dels béns del meu marit, [renuncio] al meu dot, a l'esponsalici i al dret de les meves hipoteques i a l'Autèntica² —si alguna dona posada ·100· al *vel·leia*—, els quals drets en quant a les coses esmentades us els transmeto a vós i a la dita universitat d'acord amb el pacte, i [renuncio] també a la llei o dret que diu que primer s'ha d'acordar amb el principal i no pas amb el fiador, i [renuncio] a la consuetud de Barcelona que diu que la Cúria té durant un any la caució del fiador, i també a la llei o dret que diu que, descartat el principal, es descarten els accessoris, i

1 Senatconsult degut als cònsols Marc Sul·là i Vel·lei Tutor (c. 46 dC), pel qual és concedida una excepció a qualsevol demanda o petició judicial que tingui per objectiu l'execució d'una obligació assumida per una dona o per haver donat fiança o acceptat préstecs per compte d'altri; més endavant la jurisprudència l'anà estenent a tots els casos d'intercessió de les dones.

2 L'Autèntica es refereix a les Novel·les Constitucions de Justinià.

[renunció] a tot altre dret que pugui ser contrari. I com que sóc menor de vint-i-cinc anys però major de divuit, no per la força ni per engany, sinó espontàniament, juro pel senyor Déu i els seus quatre sants Evangelis, corporalment tocats amb les meves mans, atendre, complir, mantenir i observar totes i cadascuna de les coses esmentades, i no contravenir-les en res per raó de la minoria d'edat ni per cap dret, causa ni raó, renunciant en quant a aquestes coses als beneficis de la minoria d'edat, de la ignorància i de la restitució íntegra, i a tot altre dret que vagi contra aquestes coses.

Això ha estat fet a Barcelona, el vint-i-vuitè dia d'abril, a l'any de la nativitat del Senyor mil tres-cents vuitanta-tres.

Sen+yal de Joan Illes, principal; Sen+yal de Sibil·la, esposa d'ell i fiadora que jura les coses esmentades; els quals lloen i confirmen aquestes coses.

Els testimonis d'això són: Guillem de Vilarnau, mercader, i Joan de Vilagaià, escrivà, ciutadà de Barcelona.

Sen+yal de Jaume de Trilla, notari públic de Barcelona per autoritat reial, qui ha fet escriure això i ho ha tancat.